

(1262) 1263, març, 6

Clàusula del testament de Beatriu de Medinyà que institueix un benefici a Sant Daniel, dotat amb el castell de Toralles.

ASD núm. 189, còpia de 1305, 300 x 235 mm: Còpia: Llibre de capbrevacions de Setcases, núm. 8, ff. 10-11.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quadam clàusula cuiusdam testamenti quod sic incipit, In Christi nomine ego domina Beatrix de Mediniano, uxor quondam Dalmacii de Mediniano, . detenta egritudine de qua mori temeo, in bono sensu et plena memoria ac loquela, condo, facio et ordino meum testamentum, in quo eligo manumissores meos uidelicet Bernardum de Uillafredario militem, Berengarium de Cistella et Iohannem de Flociano, clericos Gerunde. Tenor uero dicte clausule talis est. Instituo et stabilio unum locum presbiteri in ecclesia Sancti Danielis pro anima mea et dicti Dalmacii uiri mei ac parentum meorum et umnium fidelium defunctorum, ad cuius loci presbiteratus seruicium perpetuofaciendum <limito, dono et assigno pro franco et libero alodo totum predictum castrum meum de Torayes cum omnibus honoribus et possessionibus eiusdem et mansis et bordis et mansueriis et censibus et usaticis et agrariis et pertinenciis et tenedonibus et hominibus et feminis et iuribus, iurisdiccionibus, dominacionibus et districtu ac aliis omnibus et singulis quecumque ubique habeo uel habere debeo, accipio uel accipere debeo in ipso castro uel pro ipso aliqua ratione et que ad ipsum castrum aliquatenus pertinent uel pertinere debent, prout melius et laci supradicta omnia et singula ad me spectant uel spectare debent iure aliquo siue causa. Ita uidelicet quod semper presbiter qui tenuerit ipsum locum intersit et teneatur interesse omnibus diuinis horis in ecclesia monasterii Sancti Danielis et celebret atqtie teneatur celebrare ibidem tribus diebus in septimana missam pro anima mea et dicti Dalmacii uiri mei et patris ac matris mee omniumque fidelium defunctorum. Quod inquam castrum cum omnibus ad ipsum spectantibus habeat et accipiat presbiter dicti laci statim cum inde fuerint soluta debita mea et iniurie restitute ac lexie quas facio superius pro mea anima ut est dictum et dicte Berengarie filie mee· inde fuerint soluti mille solidi supradicti, pro quibus quidem omnibus inde complendis et attendendis, ut superius dictum est, assigno et obligo dictum castrum: Quibus inde completis ut est dictum, presbiter dicti laci habeat et accipiat atque teneat et possideat omnia et singula supradicta incontinenti ac de redditibus, expletis et exitibus eiusdem accipiat inde sibi pro suo uictu et uestitu ducentos solidos barchinonenses de temo singulis armis, et donet inde ad opus cellarii siue seruicii cellarii Sancti Danielis perpetuo faciendi quinquaginta solidos eiusdem monete barchinonensis annuatim, et quicquid residuum fuerit ex expletis, redditibus et aliis prouentibus dicti castri et pertinenci<ar>um eius totum illud integrerter donet uestiario monasterii supradicti, et teneatur uenire ad computum annuatim cum abbatissa et tenere uestiarium monasterii memorati. Predictum autem testamentum fuit factum .n. nonas marci anno Incarnationis Christi millesimo .CCLX. secundo, et firmatum a dicta testatrice et sunt testes rogati in eodem uidelicet dominus Petrus, Dei gratia episcopus Gerundensis, Raimundus de Auinione, archidiaconus de Rogacionibus, Arnaldus de Miniana, Impuritanensis archidiaconus, Iacobus

de Albornis et Guilielmus de Letone, clericus, Iohannes de Sparagueria et Raimundus Anstandi, nuncii domini episcopi antedicti; et dictum testamentum est scriptum per manum Raimundi Ollarii de Palaciolo, scriptoris iurati gerentis uices Guilielmi de Uillanova, 1 scribe curie domini episcopi Gerundensis.

Ego Petrus Burgesii, publicus notarius. substitutus auctoritate regia a Raimundo de Toyano, publico Gerunde notaria; hoc fideliter translataui et cum autentico comprobaui .vnn. kalendas decembris anno Domini .Mccc. quinto. Ego Berengàrius de Monello, iudex ordinarius Gerunde, uiso et perlecto originali et clausula predicta cum presenti translatu et cum originali fideliter comprobata, auctoritate judiciali subscribo (s. man.).

1. .sic. L'escrivà es deia Guillem de Terrades.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 397-398